

idem est ac non Ens, minor non est negati-  
va. & sic vitium in formâ nullum est. Est  
enim tunc sensus mînoris: non Ens fit ex  
nibilo, quæ propositio falsa est, si non Ens  
propriè accipiatur. e. g. Chimæra non fit.  
*Stablius Sophist. p. 10.*

15. N. Electus damnatur,  
Judas fuit Electus:  
E. Judas non damnatur.

Resp. Aliter accipitur Electus in majore,  
scilicet pro Electo ad vitam æternam:  
Aliter in minore pro electo ad quodvis  
munus.

16. Quæ virtus est major fide, magis justifi-  
cat:  
Caritas est major fide:  
E. Caritas magis justificat.

Resp. Errant Pontificii, Major enim loqui-  
tur de fiducia in Christi merito: Minor de  
fide miraculorum.

17. Quod est forma, & in formâ alterius,  
id differt ab eo, cujus est forma:

C 4

Chri-